



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quomodo orante circiter meridiem Constantino, Deus visionem in caelo  
ostenderit, crucem videlicet de lumine fabricatam, ac praeterea  
inscriptionem cohortantem, in hoc vince. Cap. XXII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

cauisset, solum obseruandum colendumque statuit.

*Quomodo orante circiter meridiem Constantino, Deus  
visionem in caelo ostenderit, crucem videlicet de lu-  
mine fabricatam, ac praeterea inscriptionem cohor-  
tantem, in hoc vince.*

CAP. XXII.

**Q**Uocirca huius opem precibus implorauit, hunc orauit, huc obtestatus est, ut tum quinā esset, ipsi vellet significare, tum rebus, quas apud animum proposuisset, dexteram, velut adiutricem porrigere. Imperatori igitur ista precanti, obnixaeque flagitanti, visio quaedam diuina, & in primis admirabilis apparuit: quam si quis forte alius dixisset, non tam facile hominibus potuisset persuaderi: verum cum imperator ipse victor, nobis ipsis, qui hanc historiam iam literis persequimur, longo tempore post, cum notitia eramus & familiari colloquio ab eo dignati, narraret, & sermonem iureiurando confirmaret, cui dubium esse poterit, quin sit rei ita commemoratae fides omnino adhibenda: praesertim cum tempus postea consequutum, ratum orationi testimonium dederit. Cum iam sol ad medium caelum ascenderat, die in pomeridianum tempus paulatim inclinante, dixit se crucis signum ex lucis splendore figuratum, in ipso caelo soli imminens manifestò oculis aspexisse, inque eo inscriptionem consignatam, quae haec verba complectebatur, *In hoc vinces*. Admiratio ingens ipsum & totum exercitum, qui eum quopiam iter facientem comitabatur, atque adeo huius prodigij spectator factus erat, incesit.

*Quod Christus Constantino per quietem visus, similem cruci effigiem fabricare, ac in bellis vii iubebat.*

CAP. XXIII.

**S**E dubitatione admodum intra se distrahi, quid tandem illud ostentum sibi vellet, asseruit. Atque

Gg 3 eum